

§. IV.

Quomodo Pignus prescriptione solvatur?

- 337 **Q**uarto modo solvitur Pignus mediante prescriptione; circa quam sic licet distinguere. Vel Pignus possideatur ab ipso creditore, vel ab alio. Si ab ipso creditore; non solum non locum invenit in futurum præscriptio, sed & si prius, antequam creditor possidere cœperit, sumpserit initium, interruptitur l. cum notissimi 7. §. 5. Cod. de Præscript. 30. vel 40. annor. & ibi Gothofred. in not. lit. n. & p. Balbus de Præscript. 4. p. 4. prim.
- 338 **C**ap. 9. 3. n. 4. Si possideatur ab alio; refert, an is ipse sit debitor aut hæres ejus, an extraneus. Si debitor aut ejus hæres; Pignus non extinguitur, nisi creditor per 40. annos sulerit; & Pignus vindicare neglexerit d. l. cum notissimi 7. §. 1. adeoque longiori tempore durat Jus Pignoris, quam debitum principale. Brunn ad d. l. n. 7. & seqq. Idem est, si secundus creditor Pignus, à debitore sibi
- 339 **T**raditum, eò vivente possideat d. l. §. 2. Si extraneus; refert, an bona fide justoque titulo possideat, an sine bona fide vel justo titulo. Si prius; Pignus expirat 10. annis inter præsentem, & 20. inter absentes; quò intellectu debent accipi textus in l. duntaxat 1. & seq. Cod. Si adversus creditorem. Si posterius; Pignus 30. annis extinguitur d. l. cum notissimi 7. in pr. Balbus cit. l. n. 1. Brunnem. ad d. l. 1. & 2. n. 1. & seqq. At hic
- 340 **Q**uæres I. utrum hæc distinctio procedat non solum in Pignore rerum immobilium, sed etiam in Pignore rerum mobilium?
- Resp. cum Brunn. d. l. n. 3. & Lauterb. ad
- 341 **I**rit. ff. de Pignorib. §. 82. affirmative. Ra-

tio est: quia, tametsi res mobiles quoad dominium triennid bonâ fide & justò tituló præscribantur; quoad Jus Pignoris tamen in allegatis textibus non distinguuntur inter res mobiles & immobiles: ut capropter nullam in tempore patiantur inæqualitatem.

Quæres II. an, si possessor Pignoris rem immobilē ab alio, qui malâ fide possidebat, bonâ fide acceperit, non opus habeat præscriptionē vicennii?

Resp. negativè. Ita Balbus cit. l. n. 5. Brunn. d. l. n. 4. Lauterbach d. §. 82. Ratio est: quia hæc singularitas nullibi reperitur expressa, præterquam in Auth. mala fidei Cod. de Præscript. longi temp. que tamen non loquitur de Præscriptione Pignoris sed dominii.

Quæres III. an præscriptio respectu tertii, possessoris sumat initium, antequam creditor egerit adversus debitorem? Ratio dubitandi movetur ex num. 229. ubi tertio Pignoris possessori dedimus beneficium excussionis; ex quo concludi videtur, quòd, antequam executiur debitor principalis, creditor non valeat agere contra tertium; consequenter ipsi non nocet præscriptio. Sed

Resp. affirmative cum eodem Balbo num. 6348 & Valquio Illustr. controv. p. 1. cap. 60. num. 5. Ratio est: quia beneficium excussionis non ponit impedimentum Juris, quò minus creditor tum contra tertium possessorem tum contra debitorem agere valeat. Ergo non ponit impedimentum, quò minus incipiat præscriptio.

CAPUT VI.

De Possessione.

**Q**uarta & ultima species Juris Realis est *Possessio*, cujus exacta discussio tum propter insignes, quos parit, effectus; tum propter non modicas, quas causat difficultates, pro complemento susceptæ à nobis tractationis in præfati cap. subjicienda est.

SECTIO I.

De Natura & Varietate Possessionis.

SUMMARIA.

1. Etymon Possessionis. 2. & seqq. Varia illius acceptiones. 7. Definitio & seqq. Est Fur realis. 10. Seu potestas rem sibi habendi. 11. Et commodis inde venientibus fruendi. 12. & seqq. Traditur & explicatur divisio Possessionis in naturalem & civilem. 16. & seqq. Usufrua-

tuarius habet Possessionem naturalem. 19. & seqq. Item creditor pignoratitius. 22. & seqq. Passalus, emphyteuta, & superficiarius habent Possessionem civilem. 26. & seq. Sequetur proprie non possidet. 28. & seq. Qui Possessionem nominatim accepit precario, verè possidet. 30. & seqq.

& seq. Adstruitur divisio Possessionis in veram & quasi. 32. & seqq. Item divisio in justam &

injustam. 38. & seqq. Item divisio in eam, quæ est bona fidei, & quæ est mala fidei.

§. I.

Quid sit Possessio?

- P**ossessionis etymon quoad originationem est amphibium. Nam juxta vulgatam editionem & lectionem in l. possessio 1. in pr. ff. de A. vel A. P. dicitur à pedibus quasi possessio; at juxta Florentinam dicitur à sedibus, seu possessione sedium; quin imò juxta Schilterum exercit. ad Pand. 1. §. 5. dicitur à pos & sedeo, ut idem sit possidere, ac posse sedere, vel insilire rei. Vinn. select. quasi. lib. 2. cap. 36. Germanicè besigen / inhaben.
1. Accipitur dupliciter; propriè & impropriè. Propriè accepta denotat rei detentionem, cum affectu, eam sibi habendi per textus in d. l. possessio 1. §. 3. & 20. ff. l. possideri 3. §. 3. l. peregrè 44. §. ult. ff. d. t.
2. Impropriè accepta denotat quamcumque rei detentionem, quòcumque nomine, affectu, vel intentione fiat: atque in hoc sensu quandoque dicuntur possidere depositarii, commodatarii, conductores, servi & filifamilias quoad peculium profectitium d. l. possessio 1. §. 5. l. possideri 3. §. 20. l. quod servus 24. l. qui universus 30. §. ult. l. possessio 49. §. 1. ff. d. t. l. officium 9. ff. de R. V. Lauterb. ad cit. tit. ff. de A. vel A. P. §. 3. Böckelmann de Actionib. cap. 5. num. 1. Schilter d. §. 55.
3. In acceptione propria Possessio quandoque sumitur objective pro ipsa re possessa, præsertim immobili l. Imperatores 17. ff. de S. P. R. l. magis puto 5. §. 10. ff. de Reb. cor. qui sub tut. l. si aquam 2. Cod. de Servit. & aqua l. si quis 2. Cod. Ubi in rem actio & c. Indeque in l. interdum 78. ff. de P. S. proprietatem quoque per verbum possessionis significari, Paulus ediderunt.
4. Subinde consideratur formalter pro ipsa detentione, vel insistentia rei l. ab hostibus 15. §. 3. ff. Ex quib. caus. major. l. quod dicitur 5. in

pr. ff. de Impens. in rem doralem facti. Et in hac consideratione definita fuit Possessio in Lib. I. tract. de Præscript. cap. 5. n. 335. quòd sit detentio rei animò eandem sibi habendi. Nonnunquam intelligitur effectivè pro Jure Possessionis, quatenus oritur ex rei detentione, & quartam speciem Juris Realis constituit l. in hac actione 3. §. 12. ff. ad Exhibend. l. peregrè 44. in pr. l. penult. in pr. ff. de A. vel A. P. l. qui casu 5. §. 1. ff. ad Legem Ful. de Vi publ. l. properandum 13. §. 1. Cod. de Judic. Böckelmann cit. l. n. 1. & 7. In hoc intellectu

Definitur Possessio, quòd sit Jus Reale, seu 7 potestas rem sibi detinendi, & commodis inde venientibus fruendi. Ita, paucis mutatis, Struvius exercit. 42. th. 4.

Dixi I. Jus Reale; cujus dicti veritas eruitur ex num. 6. & firmatur ex cap. 1. n. 44. & seq. item ex cap. 2. num. 19. nihil oblectante communi objectione ex l. possessio 1. §. 3. & 4. ff. de A. vel A. P. ubi Possessio facti non furis esse dicitur: est siquidem facti vel spectatò initio, dum sine facto non acquiritur; vel spectatò modo, quò quis in possessione est. Miller ad Struv. cit. th. 4. lit. b.

Dixi II. seu potestas rem sibi habendi. Ut excludatur impropria Possessio, quæ juxta n. 3. rem quis detinet non sibi sed alteri: sicque res non tam ab ipso quam per ipsum ab alio possidetur; & ipse non tam possidet, quam in possessione est, ministerium scilicet alienæ possessioni exhibendò l. officium 9. ff. de R. P. l. si quis 10. §. 1. ff. de A. vel A. P. l. certè si 6. §. 2. ff. de Precario.

Dixi III. & commodis inde venientibus fruendi. Ubi Possessionis effectus subjicitur, paulò post explicatiùs deducendus.

§. II.

Quid sit Possessio Naturalis, & Civilis?

- P**ossessio dividitur I. in Naturalem & Civilem. Ubi, ne quis vocabulò decipiat, & in multos Juris errores incidat, sciendum est, Possessionem Naturalem aut Civilem dupliciter sic appellari, nimirum à modo possidendi, & à forma vel causa possidendi.
1. À modo possidendi dicitur Possessio Naturalis, quando quis actu & naturaliter vel corporaliter rei insistit; Civilis, quando civiliter & animò tantum, non autem actu vel corpore rem detinet, quò spectant textus in l. possessio 1. in pr. & §. 1. l. cum hæredes 23. in pr. l. quod servus 24. ff. de A. vel A. P. l. prator ait 1. §. 9. l. 42. & 26. ff. de Vi & vi armata. Eòdemque sensu quandoque Possessio impropria vocatur Naturalis, quatenus qui rem alienò nomine tenet, naturaliter & corporaliter insistit P. SCHMIEB. JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

rei l. communi 7. §. 11. ff. Communi divid. l. in hac actione 3. §. ult. & l. seq. ff. ad Exhibend. l. qui legatorum 2. §. 1. ff. Pro Hærede d. l. quod servus 24. ff. de A. vel A. P. Clarif. D. Fleck in Biblioth. Jur. lib. 2. tit. 8. n. 4.

À forma vel causa possidendi dicitur Possessio Naturalis, quâ quis suò nomine sibi que rem detinet, sed sine animo vel opinione dominii; Civilis, quâ quis suò nomine sibi que rem detinet, cum animo & opinione dominii. Huc pertinent textus in l. naturaliter 12. in pr. ff. d. t. l. quacunque 13. §. 1. ff. de Publiciana in rem act. l. si servus 22. §. 1. ff. de Noxalib. actionib. Böckelmann de Actionib. cit. cap. 5. n. 2. & 3. Struv. cit. exercit. 41. th. 45. & seqq. ubi Miller. Lauterb. ad cit. tit. ff. de A. vel A. P. §. 8. P. König ad tit. de Causa possess. & propriet. p. 1. n. 9. & seqq.

§ 39. D. Gletle p. m. ad tit. Inst. de Interd. n. 3. & 4. Ego ipse in cit. tract. de Praescrip. cap. 5. num. 336. & seqq. Hac descriptione supposita, non una quaestio promptissime decidi poterit. Nam

16 Queritur I. an usufructuarius Possessionem habeat?

Resp. quod Possessionem habeat naturaliter, à forma & causa possidendi talem l. naturaliter 12. in pr. l. possessio 49. in princ. l. usufructuarius 21. ff. Quomodo servitus. amit. l. ult. ff. Ut possidatis cum utique usufructuarius rem teneat, animò eandem habendi sibi & in suam utilitatem, et si sine opinione & cogitatione dominii. Vinnius selt. quest. d. lib. 2. cap. 36. Zoëli ad d. tit. de A. vel A. P. n. 5. Lauterb. ibi §. 9. D. Fleck cit. l. sub n. 3.

17 Obstat videtur textus in l. sciendum 15. §. 1. ff. Qui satisfacere cog. l. acquiruntur 10. §. ult. ff. de A. R. D. l. hoc interdicitum 1. §. 8. ff. Quod Legatorum, in quibus & aliis usufructuario negatur Possessio, prout etiam intuitu eorundem textuum negatur à Böckelmanno de Actionib. cit. cap. 5. n. 5. Struv. d. exercit. 41.

18 b. 7. Millero ibid. lit. n. Verum, ut textus rextibus combinentur, oportet recitatas l. explicare de Possessione Civili, quae parit effectus, usufructuario nullatenus communis, qualis v. g. est usufructio, quae necessarii supponit Possessionem civilem d. l. acquiruntur 10. §. ult. de A. R. D.

19 Queritur II. an & quomodo creditor pignoratitius possideat?

Resp. quod possideat naturaliter ratione formae & causae: utpote cum rem oppignoratam teneat cum affectione sibi & in suam securitatem, sine animo & intentione dominii l. si servus 22. §. 1. ff. de Naxal. action. l. pignori 13. in pr. l. servi nomine 16. ff. de Usurpat. & usucap.

20 Et quamvis in nonnullis locis, veluti in l. cum & servis 35. §. 1. l. si pignus 37. l. debitor 40. in pr. ff. de Pignorat. act. l. possessio 1. §. 15. l. res pignori 37. ff. de A. vel P. creditor pignoratitius simpliciter dicatur possidere; alibi verò, sicut in l. qui pignoris 26. l. si de eo 40. in princ. ff. eod. Possessio simpliciter debitori videatur adscribi:

21 bi: nihilominus manifesta ratio cogit prioris textus interpretari de Possessione naturali, & posteriores de Possessione civili. Zoëli ad cit. tit. num. 5. Lauterb. ibid. §. 9. Struv. d. exercit. 42. th. 7. P. König ad cit. tit. de Causa Possess. part. 1. n. 12.

22 Queritur III. an & quomodo vasallus & emphyteuta possideant?

In varias hic opiniones DD. distrahuntur, uti videre est apud Miller ad Struv. cit. th. lit. d. Mihi præ reliquis opinio Schilteri exercit. ad Pand. 45. §. 44. probatur, dicentis, Possessionem (intelligi civilem) penes Dominos directos & vasallum ac emphyteutam esse, quam

vis diversò modò: nam Domini directi possident rem animò habendi sibi cum opinione dominii proprietatis; vasallus & emphyteuta possident rem animò habendi sibi cum opinione dominii utilis. Quare, dum in 23 tit. 8. §. 2. Feud. 2. Possessio rei feudalis adstruitur vasallo; & in l. sciendum 15. §. 1. ff. Qui satisfacere cog. is, qui vestigalem, id est emphyteuticum agrum possidet, possessor intelligitur: hoc exaudiri debet de Possessione civili quoad dominium utile; salva interim Possessione civili, quoad dominium proprietatis, competente Domino directo, qui & ipse rem feudalem & emphyteutam civili Possessione complectitur per textum in cit. l. sciendum 15. §. 1. ibi: qui solum proprietatem habet, possessor intelligendus est.

Idem porò tenendum existimo de superfluo 24 ciario per l. Praetor ait 1. §. 1. & 2. ff. de Superfluo. cum enim utile dominium habeat in superficie, censetur rem, in superficie positam, tenere animò sibi habendi cum opinione dominii utilis. Idem cum proportione con-

cludendum de marito & uxore quoad dotem inestimata aut aestimata taxativè, quòd nempe & maritus & uxor Possessionem civilem obtineat; ille quoad dominium civile; ista quoad naturale: qua de causa in d. l. sciendum 15. §. 3. ff. Qui satis dare cog. Jctus Maecer, si fundus ait, in dotem datus sit, tam uxorem quam maritum propriam Possessionem ejus fundi possessores intelliguntur.

25 Queritur IV. an & quomodo sequentes, 26 apud quem res litigiosa deponitur, rem sequestratam possideat?

Resp. sequestratum non possidere, nisi in propriè: utpote cum, æquè ac alius depositarius, rem detineat sine animò sibi habendi l. possideri 3. §. 20. l. quod meo 18. in princ. ff. de A. vel A. P. Possidet igitur deponens, ac omnibus Possessionis effectibus potitur l. interesse 39. ff. eod. præterquam si nominatim eà lege res fuerit in sequestratum data, ut Possessio pro illo tempore neutri parti proficiat ad usucapionem complendam d. l. interesse 39. & l. licet deponere 17. §. 1. ff. Depositi. D. Gletle p. 3. Pand. cap. 13. n. 8. & 9.

27 Quæres V. an & quomodo possidere cen-

28 seatur, qui precario rem tenet?

Resp. Possessionem naturalem tali competere, si specialiter rogaverit, ut ei possidere liceat l. quacunque 13. §. 1. ff. de Publiciana in rem act. l. ait. Praetor 20. §. ult. l. in rebus 4. §. 1. l. & habet 15. §. 4. l. qui precario 17. ff. de Precario; sin autem simpliciter rogaverit pro usu rei, tantum improprie seu naturaliter ratione modi possidet l. si quis 10. §. 1. l. qui jure 41. ff. de A. vel A. P. Lauterbach ibid. §. 9. Miller ad Struv. cit. exercit. th. 7. lit. z.

§. III.

Quenam alia Possessionis species supersint?

30 II. D Ividitur Possessio in verè talem & quasi-talem. Verè talis est Possessio rerum corporalium l. possideri 3. in princ. ff. d. i. Quasi-talis est Possessio rerum incorporearum, quae proprie non incurrunt sub sensum, detentionem, & apprehensionem cap. querelam 24. §. quod populus in quasi-possessione juris praesentandi & c. de Electi. cap. cum Ecclesia 3. §. in eam quasi-possessionem reducetes & c. de Causa Possess. & propriet. l. si quis 10. in princ. ff. si Servit. vindic. l. 31 quod est 3. §. 17. ff. de Vi & vi armata.

In interdum tamen, ut bene advertit Lauterbach cit. l. §. 5. Possessio de rebus etiam incorporealibus simpliciter praedicatur cap. consultacionibus 19. de Fure Patronat. cap. ult. de Restit. spoliat. in 6. l. regulariter 9. ff. de Heredit. petit. l. ult. §. ult. in fin. ff. Si pars hered. pet. l. de aqua 2. ff. Communia praedior. l. sicut autem 8. §. 3. ff. si servit. vindic. Nihilominus ipsam possidendi jus nec veram Possessionem nec quasi-talem admittit: alioquin daretur Possessio Possessionis, & Possessio seipsam possideret. Schilter exercit. ad Pand. 15. §. 17.

32 III. dividitur Possessio in justam & injustam. Justa vocatur, quae justò titulo vel causa, ad transferendum Possessionem habili, hinc acquiritur. Injusta nominatur, quae careat justò titulo, vel causa, ad transferendam

33 Possessionem habili. Fundatur hæc divisio in l. quacunque 13. §. 1. ff. de Public. in rem act. l. eorumque 7. §. 3. ff. Communis divid. l. justa 2. l. si duo 3. in pr. ff. Ut possidet. l. possideri 3. §. 5. l. naturaliter 11. ff. de A. vel A. P.

34 Nec tibi persuadeas, Possessionem civilem cum justa, & Possessionem naturalem cum injusta coincidere; eaque propter tertiam divisionem à secunda non discrepare. Contra enim est, quòd datur Possessio naturalis, quae justa est, & possessio civilis, quae est injusta. Nam si Titius ædes possideat, animò eas sibi tenendi, cum opinione quòd sint suæ, quæ tamen ab ipsius patre prædefuncto jure locationis erant inhabitata; habet Possessionem civilem, & tamen injustam, utpote titulo de-

stitutam per l. Celsus 27. ff. de Usurpat. & usucap. l. cum hæres 11. ff. de Diverf. temporal. praeser. l. vitia 1. Cod. de Acquir. Possess. l. divinia 4. Cod. de Praescrip. longi temp. Contra si Sempronius ex errore putet, fundum, quem possidet, alienum esse, cum tamen ex legitimo titulo vel ipse vel parens ipsius fundum acceperit. habet Possessionem justam, utpote suffultam titulo; nec tamen civilem habet arg. l. si for. 32. §. 1. ff. de Usurpat. & usucap. Similiter 37 creditor pignoratitius & usufructuarius ex num. 16. & 19. habent Possessionem naturalem; & tamen, cum legitimo titulo sint muniti, justè possident d. l. quacunque 13. §. 1. ff. de Publiciana in rem act. Gletle ad tit. Instit. de Interdicit. n. 5.

IV. dividitur Possessio in eam, quæ est bona fidei, & illam, quæ mala fidei est. Possessio bona fidei est, quæ conjunctam habet animi credulitatem, rem, quæ possidetur, alienam non esse, vel saltem illicitè non derineri. Possessio mala fidei est, quæ conjunctam habet conscientiam rei alienæ, vel saltem conscientiam erroneam, quæ quis putat, rem suam alienam esse. Hæc divisio est valde celebris, habetque locum præcipuum non tantum in usucapione & præscriptione, de qua in propria tract. Lib. I. cap. 5. sect. 1. per tot. sed etiam in perceptione fructuum, de qua infra.

Neque cogites, Possessionem malæ fidei cum injusta; & Possessionem bonæ fidei cum justa Possessione identificari. Nam, qui sciens rem alienam emit, consequitur Possessionem justam, quantumvis malâ fide rem teneat per l. rem alienam 28. ff. de Contrab. empr. l. bona fidei 48. §. 1. ff. de A. R. D. Ex diver-

35 so qui à pupillo quid emit, erroneè credens, ipsum non esse pupillum, vel ipsi venditionem non esse prohibitam, non possidet justè, cum titulo careat; possidet tamen bonâ fide, cum habeat illæsam alienæ rei conscientiam per d. l. bona fidei 48. in pr. & d. l. Celsus 27. d. l. si for. 32. §. 1. ff. de Usurpat. & usucap. Lauterbach ad tit. sape cit. de A. P. §. 7.

SECTIO II.

De Acquisitione, Personis, & Objecto Possessionis.

SUMMARIA.

43. Adstruuntur modi, Possessionem acquirendi. 44. Requiritur animus acquirendi. 45. Traditio vera vel ficta. 46. & seqq. Traditur modus, acquirendi quasi-possessionem rerum incorporearum. 49. & seqq. Non exigitur, ut tota res vel omnes partes occupentur: aut omnes alius exercentur. 52. Nisi alius sit in Possessione. 53. & seqq. Suggestur notabilis distinctio inter actus, qui ex nudo beneplacito vel obligatione solent concedi. 56. & seqq. Causam Possessionis

nemo sibi immutare potest. 58. In personis Possessionem acquirentibus, requiritur capacitas rationis. 59. & seq. Agitur de infantibus & pupillis. 61. & seqq. Ostenditur, qualiter per personas alias Possessionem acquirere possimus. 66. & seqq. Possessio defuncti non transit ad heredem. 72. & seqq. Assignatur objectum Possessionis. 74. & seqq. Substituuntur res spirituales, & demonstratur illarum Possessio.

§. I.

Quibus modis acquiratur Possessio?

**43** Pro causa efficiente Possessionis assignantur modi, quibus acquiritur. Reducuntur autem universi, quos alii accumulunt, modi ad duos, videlicet apprehensionem & traditionem; quarum prior in rebus, quæ nullius sunt, posterior in rebus, quæ alicujus sunt, usitata noscitur. *§. fere igitur 12. §. illud 13. §. per traditionem 40. Insit. de R. D. l. naturalem 5. §. 1. ff. de A. R. D. l. possessio 1. §. 1. l. possideri 3. 44 §. 3. ff. de A. vel A. P.* Ut tamen hi & alii modi Possessionem operentur, oportet esse conjunctum animum seu voluntatem habendi & acquirendi: tratitium enim est ex d. l. possideri 3. Possessionem sine corpore (id est, corporali apprehensione vel traditione) & animo acquiri non posse.

**45** Sicuti verò in cap. 1. n. 77. prænotavimus, ad acquirendum Jus in Re requiritur, & sufficere apprehensionem vel traditionem, veram aut fictam; & à n. 85. fictæ traditionis varia regulum exempla: pariformiter id accipere debemus de Possessionis acquisitione, ut sufficit apprehensio vel traditio, vera aut ficta, per textum cit. cap. 1. à n. 58. recitatos.

**46** Cum autem in rebus incorporalibus non possit intervenire vera traditio, nisi dum unum corpus incorporalibus ab uno in alium per consequentiam transferuntur; vel nisi quis in Possessionem illius rei vel fundi, cuius incorporale inhæret, introducat per cap. relatum 9. & cap. dilectus 19. de Prob. l. si ego 11. §. 1. ff. de Publ. in rem l. omnium 3. in pr. ff. de Usufr. intervenit quasi traditio, quæ duplex est, una respectu jurium affirmativè vel positive talium, vi quorum aliquid licet agere; altera respectu jurium negativorum, vi quorum alter tectur aliquid omnere.

**47** Respectu priorum jurium locò traditionis est, si unus utatur jure suo, & alter patiatur d. l. si ego 11. §. 1. ff. de Publiciana in rem act. l. ult. ff. de Servitut. l. servitutis 1. §. 2. ff. de S. P. R. Respectu posteriorum vicem traditionis habet, quando unus prohibet seu contradicit, & alter acquiescit. arg. cap. Abbate 25. de P. S. Rota Romana in rec. p. 3. dec. 472. n. 4. Abbas ibid. n. 10. & seq. Stryck in usu mod. pand. ad tit. de A. vel A. P. §. 3.

**48** An autem quod priora jura requiratur scientia alterius, in cujus præjudicium exercetur? Postius de *Manuten. observat. 40. num. 6.* relat. non paucis Rotæ decisionibus, absolute quidem affirmat; postea tamen in num. 17. ubi quaerit, utrum ad manutentionem in summarissimo possessorio talis scientia desideretur? variè Rotam sensisse, docet, & quibusdam decisionibus suam doctrinam confirmat; ac in num. 18. & seq. per distinctas assertiones ad propositam quaestionem respondet. Interim sufficienter probatur aut præsumitur isthæc scientia ex qualitatibus facti, multiplicitate actuum, diuturnitate temporis, aut vicinitate. Rota in rec. p. 1. decif. 133. n. 4. p. 3. dec. 120. n. 5. dec. 257. n. 6. p. 4. de

*cif. 32. num. 3. dec. 429. n. 4. & 6. p. 5. dec. 93. num. 10.* item si quid palam aut publice fiat. Rota d. p. 4. dec. 461. n. 8. item si adversarius scire vel perquirere teneatur factum possidentis. Rota coram Merlino & Ortembergo apud cit. Postium num. 30. Recapitulentur dicta in Lib. I. tract. 2. cap. 5. num. 260. & seq. item num. 270. & seq.

Id porrò in acquisitione Possessionis neque in rebus corporalibus neque in incorporalibus est necessum, ut tota res apprehendatur, vel omnes actus in re exercentur, sed sufficit vel partem apprehendere, vel unum aut alterum actum exercere, dummodo quis eam mente & cogitatione sit constitutus, ut totum possidere, vel omnes actus exercere velit per textum in cap. nunc autem 1. de Religios. domib. ubi Panormitan. num. 3. & 4. l. possideri 3. §. 1. ff. de A. vel A. P. Fagnanus ad cap. olim 18. de Prescrip. num. 31. Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 26. num. 60. D. de Lyncker in tract. de Jure Rer. Individ. sect. 4. cap. 3. n. 1. & seq. Postius de *Manuten. obs. 73. à n. 66. & à num. 130.* ubi plurimas Rotæ decisiones allegat. Hinc in rebus corporalibus, qui Possessionem acquisivit rei principalis, censetur etiam rerum, quæ appertinentes & accessoria sunt, Possessionem acquisivisse; & qui possessionem civitatis aut castri est nactus, etiam locorum, illuc pertinentium vel inde dependentium, nactus præsumitur; & qui Possessionem in metropoli Provincia vel Regionis accepit, totam Provinciam vel Regionem possedisse creditur. Rota in rec. p. 2. dec. 194. num. 6. dec. 658. sub n. 2. dec. 698. n. 2. p. 3. decif. 161. n. 5. Postius d. loc. num. 110. & seq. D. de Lyncker cit. cap. 3. n. 6.

Hinc in rebus incorporalibus, qui unum actum Jurisdictionis exercuit, acquirit Possessionem quoad omnes actus, qui sunt sub eadem specie Jurisdictionis. Rota d. p. 3. dec. 112. num. 10. dec. 632. num. 4. p. 4. dec. 87. num. 4. imò quævis titulo Jurisdictionis universalis in certa specie particularem actum exercuit, censetur accepisse quasi Possessionem quoad actus alterius speciei: eò quòd magis attendatur universalitas causæ, quam particularitas actuum. Rota in rec. p. 1. dec. 583. num. 1. p. 5. tom. 1. dec. 265. num. 30. p. 10. dec. 87. n. 2. Postius d. observ. 73. n. 130. & seq. Card. de Luca de *Juris. disc. 1. n. 25. & seq. D. de Lyncker cit. l. n. 23. & 26.*

Sitamen quoad res corporales parvas una tantius ab altero possideatur; aut quoad res incorporales quoad alias species alius sit in quasi possessione, tunc possessio partis aut speciei unius non extenditur ad alteram per textum in cap. auditus 15. & cap. olim 18. de Prescrip. l. quod meo 18. §. ult. ff. de A. vel A. P. l. prator ait 1. §. 1. ff. de itinere actiunque privo. Rota p. 1. dec. 76. num. 4. p. 2. dec. 212. num. 2. dec. 27. num. 2. Postius d. observ. num. 172. & seq. D. de Lyncker cit. l. n. 4. & 25. quia, quod possidetur ab altero

altero, non possimus, ed invitò, possidere. Conferantur dicta in Lib. I. tract. 2. cap. 5. à n. 409.

**53** Dices: qui semel aut bis exercet actum, videtur magis exercere ex libera alterius facultate, gratia, vel amicitia; quò casu non potest confugere Possessio l. qui jure 41. ff. d. i. In deque qui per alterius fundum ivit minori tempore, quam 30. dierum spatìo, non defenditur in sua quasi Possessione servitutis l. Prator ait 1. §. 2. ff. de itinere actiunque privo.

**54** Resp. ex d. cap. à n. 344. selectu inter jura faciendum. Sunt enim non pauca, quæ sæpius ex mera liberalitate vel benevolentia conceduntur, v. g. jus cundi, agendis, vel vehendi per fundum alterius sunt alia, quæ rarius & non nisi ex debito putativo conceduntur, v. g. jus dandi suffragium in Capitulo, conferendi beneficium, presentandi, eligendi, jus dicendi, pensionem exigendi &c. Jura prioris generis, nisi constet aliunde de titulo, non tam facile Possessionem admittunt, quando non potest actuum multiplicatio doceri arg. d. l. Prator ait 5. 2. Postius de *Manuten. observ. 18. n. 46.*

**55** Jura posterioris generis, tamen non constet de alio titulo, etiam unicò actu Possessionem vel quasi recipiunt arg. l. ait prator 1. §. 21. ff. de aqua quot. & est. ubi Prator quoad jus aquæ ductus, quod non ita frequenter ex nuda benevolentia solet indulgeri, interdictum seu remedium possessorem illi accommodat, qui semel duntaxat aquam duxerit. Panormitan. ad cap. cum Ecclesia 3. de *Causa possess. & propriet. num. 22.* P. König ad *cund. tit. p. 1. num. 41.* P. Reiffuel *ibid. à num. 155.* Hæcque doctrina est quasi canonizata in Rota Rom. ut patet non tantum in genere de quasi Posses-

*fione jurium incorporalium ex recent. p. 1. decif. 454. num. 1. & dec. 533. n. 2. p. 2. dec. 238. num. 1. p. 3. dec. 193. n. 2.* sed etiam in specie de jure intercessendi Capitulo cum voto ex recent. d. p. 3. dec. 27. n. 2. conferendi beneficium. d. p. dec. 39. num. 2. dec. 423. num. 1. & dec. 453. num. 1. presentandi, eligendi, vel nominandi. d. p. 2. dec. 174. num. 2. & dec. 235. num. 1. item p. 4. dec. 176. num. 3. jus dicendi vel Jurisdictionem administrandi. p. 5. dec. 129. num. 1. exigendi pensionem d. p. 3. dec. 193. num. 2. dec. 310. num. 1. dec. 362. num. 1. decif. 538. num. 1. Oportet tamen, ut actus ille unicus fuerit quietus, nec contradictioni vel liti postea motæ caulam dedit: alioquin non Possessionem tribueret, sed pro turbativo vel attentato reputaretur, Innocent. ad cap. *Laudabilem Ut lite pendat. Mevius p. 2. decif. 188. num. 3. & p. 3. dec. 95. & p. 4. dec. 97. num. 5. in not. Stryck in usu mod. pand. ad tit. de A. vel A. P. §. 2.*

Acquisitæ semel Possessione, debet attendi & regula, quòd nemo Possessionem causam sibi mutare, ac, qui injustè vel naturaliter aut ex certo titulo possidet, nudà voluntate suà, citra mutationem, extrinsecus accidentem, justè, civiliter, aut ex alio titulo possidere valeat. Textus in l. possideri 3. §. 19. l. qui bona 19. §. 1. ff. l. cum nemo 5. Cod. de A. vel A. P. l. non solum 33. §. 1. ff. de Usurpat. & usucap. Opus est igitur, ut extrinsecus mutetur causa Possessionis, puta quòd verus dominus furi, depositario, vel conductori rem leget, donet, aut vendat: tunc enim, qui naturaliter aut improprè antehac possidet, civiliter & propriè deinceps incipit possidere d. l. possideri 3. §. 20. ff. de A. vel A. P. Lauterbach *cod. tit. §. 24.*

§. II.

A quibus Personis acquiratur Possessio?

**58** Possessionem acquirunt personæ, quæ jurium & bonorum temporalium sunt capaces, ac usufructus non destituuntur: cum enim ex num. 44. Possessio non aliter acquiratur, quàm animò simul & corpore: nequeunt personæ, usufructus destitutæ, Possessionem acquirere l. possessio 1. §. 3. ff. de A. vel A. P. deficit namque in his voluntas, intellectus, & intentio §. sed quod 10. Insit. de Inutil. 59 stipuliat. l. furiosus 40. ff. de R. F.

Quoad infantes tamen utilitatis causà receptum est, ut, licet intellectum non habeant, auctore tutore Possessionem acquirere valeant l. possessio 1. §. 3. l. quomodo 32. §. 2. ff. de A. vel A. P. Quoad pupillos autem, infantes majores, in cit. l. l. statum habetur, ipsos, cum intellectum jam habeant, Possessionem acquirere posse, tamen si tutoris autoritas non accedat: quia pupillus sine consensu tutoris suam conditionem potest meliorem.

**61** Cæterum non tantum per seipsum, sed etiam per personam aliam, sibi quoad jus patriæ vel dominicæ potestatis subiectam, Possessionem quis acquirere potest per princ. Insit.

*Per quas personas cuique acquir. d. l. possessio 1. §. 5. & seq.* Nec tantum ex causa peculiari, sed velut existimant Donellus, & Duarenus, sed etiam ex alia causa, sicut cum Perezio ad tit. cit. Cod. num. 11. & Zoëzio ad cit. tit. ff. n. 1. & seq. concludit Haunold de *J. & F. tract. 3. cap. 3. n. 238.* per textum in l. si meo 34. §. ult. ff. d. l. nunquam 31. §. 3. ff. de Usurpat. & usucap. Quàmquam in eo differentia sit inter causam peculiarem & aliam, quòd Possessio, à filiofamilias ex causa peculiari acquisita, patri nescienti proest etiam ad usucapionem cum plenam l. si emptam 47. ff. d. i. cum tamen Possessio; si quaeratur ex alia causa, ignorant patri prodesse nequeat ad usucapionem d. l. si emptam 47. & arg. l. peregrè 44. §. 1. ff. de A. vel A. P.

Pet extraneam personam, tutorem, curatorem, procuratorem &c. acquirunt nobis etiam ignorantibus Possessio; si nostrà voluntate; vel nostrò nomine Possessionem apprehendat §. ex his itaque 5. Insit. per quas personas &c. l. possessio 49. §. 2. ff. d. i. Ad præscriptiptionem tamen scientia domini requiritur

d. l. possessio 2. d. l. si emptam 47. ff. de Usurpat. & nscap. quia perceptio desiderat Possessionem, conjunctam cum animo & opinione, quod res licet & iuste possideatur; qualis animus & opinio cum ignorantia non potest componi. Harpprecht ad cit. §. ex his itaque n. 5. & 6.

66 Petes: an Possessio defuncti quoad res hæreditarias devolvatur ad hæredem, citra factum ipsius?

Resp. negativè. Covarruv. Var. resol. lib. 3. cap. 5. n. 6. Gail. 2. obs. 129. & 152. Haunold. cit. l. num. 229. D. Fleck in Biblioth. Fur. lib. 2. tit. 8. n. 30. & seq. Textus luculentus in l. cum hæredes 23. in princ. l. qui universas 30. §. 5. ff. de A. vel A. P. l. si dolo 1. §. 15. ff. si is, qui testamento

77 liber esse iustus &c. Ratio est: quia Possessio, cum non tantum sit juris, sed etiam facti, non acquiritur solò animò, sed & corpore; consequenter in hæredem, sine apprehensione propria, non transfertur.

68 Neque dicas l. Possessionem, à defuncto ceptam, ad usufruptionem hæredi proficere, tamen si necdum factò propriò Possessionem sit affectus §. distina 12. Inst. de Usu. cap. l. cum

miles 30. in pr. ff. Ex quib. caus. major. Nam re-69 sponsonem ad hanc instantiam prodit ipsi met Jus in l. iusto errore 44. §. 3. ff. de Usurpat. & nscap. in verb. sed hoc iure singulari receptum sunt: adeoque trahi non debent in confessionem.

Neque dicas II. saltem in hæredem suum, 70 Possessionem defuncti sine positione facti novè transire: cum in proprium patrimonium succedere videatur, neque hæreditatem adire teneatur, sicut extraneus.

Contra enim est: quia etiam hæres suus 71 ratione iustitiae plus non consequitur, quam jus hæreditarium, seu dominium universale bonorum & iurium paternorum, unà cum facultate possidendi & apprehendendi; & hinc, ut etiam Possessionem hæreditatis acquirat, factum proprium seu apprehensionem ponere necessum habet. Brunn. ad cit. l. cum hæredes 23. n. 1. & seqq. Antiqui tamen Germanorum l. possessionem defuncti in hæredem ab intestato transire, si modò hæreditatem adeat, ostendit Schilter exercit. ad pandect. 15. §. 11. 16. & 17. contradicente tamen Stryck in usu mod. ad d. tit. ff. de A. vel A. P. §. 7. & seqq.

§. III.

In quibus rebus acquiratur Possessio?

72 Objectum Possessionis non tantum sunt res corporales, sed etiam incorporales, quæ & ipsæ possideri valent aut quasi-ex n. 31. & seq. si modò non sint prorsus extra commercium humanum l. qui universas 30. §. 1. ff. de A. vel A. P. & certitudinem quandam habeant l. possideri 3. §. 2. locus certus 26. ff. eod.

73 Quare si quis dicat: quidquid iuris in fundo habeo, tibi trado, nihil tradidisse creditur d. l. locus certus; nisi antecedenter fundum absolute tradidisset, adjuncta clausulâ, cum omnibus iuribus & appertinentiis per v. 50. supra.

74 Si petas: utrum res spirituales externæ, seu jura Ecclesiastica, v. g. jus eligendi, decimandi, iudicandi in causis Ecclesiasticis &c. cadant sub Possessionem?

Resp. quòd cadant sub Possessionem personarum Ecclesiasticarum, non verò secularium. Textus quoad personas Ecclesiasticas sunt in cap. cum Ecclesia 3. de Causa Possess. & pro-

priet. cap. ult. de Restit. spoliat. in 6. & quoad per-75 sonas seculares textus occurrunt in cap. sacrosancta §. 1. cap. Messana 56. de Elect. cap. decernimus 2. de Judic. cap. causam 7. de Prescriptionib. Ut enim Ecclesia tantò securius & quietius 76 possit administrari, Laicos non tantum à Juri- bus Ecclesiasticis externis exclusos, sed etiam incapaces illorum esse voluit.

Excipiendum est Jus Patronatùs, ad quod 77 possidendum Ecclesia Laicos simpliciter fecit habiles per textus in cap. quicumque 30. & mult. seq. XVI. q. 7. cap. querelam 24. de Elect. cap. ex literis 7. cap. cum secundum 13. cap. consultationibus 19. cap. nobis 25. de Jure Patron. partim ut 78 Laicorum, opes & divitias, in Ecclesiarum ædificationem, dotationem, aut fundationem, liberali manu dispensantium, pietatem, afficeret præmiò; partim ut cæteros ad familia virtutis & devotionis opera perficienda animaret.

SECTIO III.

De Effectibus & Commodis Possessionis.

SUMMARI A.

79. & seqq. Ad effectus Possessionis spectat I. facultas, Possessionem quibuscumque mediis defendendi. 82. II. Præsumptio Juris qua facit in dubio possessori. 83. III. Immunitas ab onere probandi. 84. IV. Libertas ab onere edendi titulum. 85. V. Condicio nscapiendi. 86. VI. Exemptio ab onere satisfaciendi. 87. VII. & seq. Potestas continuandi Possessionem durante lite. 89. VIII. Jus percipiendi fructus, quorum varietas hic & 90. & seqq. describitur. 94.

& seqq. Fructus civiles adscititiis pertinent ad quemlibet possessorem. 97. & seq. Jure Naturali fructus naturales & industriales spectant ad dominum. 99. Jure Positivo fructus pendentes etiam ad dominum spectant. 100. Mala fidei possessor tenetur omnes fructus domino restituere. 101. & seqq. Bona fidei possessor de Jure positivo lucratur omnes fructus, si rem ex se nullo improbatò non habeat. 106. & seqq. Non autem irrevocabilius nisi iam consumpsimus. 109. & seqq.

Si ex fructibus consumptis bona fidei possessor sit fallus locupletior, tenetur illos restituere in iudicio univèrsali. 112. & seqq. Secus in iudicio singulari. 118. & seqq. Proponuntur & præfigantur objecta. 128. & seqq. Hæres defuncti mala fidei possessoris non potest aliquos fructus suos facere. 131. & seq. Subiciuntur expensas, & dividuntur. 133. Expensas, in fructus applicatas, quilibet possessor repetere potest. 134. Possessor bona fidei deducit huiusmodi expensas,

licet de fructibus nil natum sit. 135. Expensa in rem sunt vel necessaria, vel miles, vel volapruaria. 136. & seq. Ostenditur, quas expensas in iudicio univèrsali deducit mala & bona fidei possessor. 138. & seqq. Docetur, quales expensas in iudicio singulari bona fidei possessor deducat. 141. & seqq. Id ipsum de mala fidei possessore monstratur. 146. & seqq. Latè discutitur, an possessori super sit actio ad expensas repetendas; quando, his non deductis, rem restituit?

§. I.

Quos effectus & commoda tribuat Possessio?

79 Possessio quàm plures effectus & commoda tribuit. Et I. quidem Possessio qualiscunque tribuit possidenti facultatem, Possessionem contra turbatores quibuscumque mediis, etiam vi & armis, in continenti, salvò moderamine inculpatæ tutelæ; defendendi cap. olim causam 12. de Restit. spoliat. l. scientiam 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. quod est 3. §. 9. ff. de Vi & vi armata l. rellè 1. Cod. Unde vi. Censetur autem defensio in continenti fieri, quando fit primâ occasione, quàmprimùm nempe quis vires & robur acquirit, ad repellendum invaluorem; dummodò statim præparatoriam instruxerit ad recuperandam possessionem per l. liberam 1. Cod. Quando licet utriusque &c. 81 Brunn. ad cit. l. quod est 3. n. 5. Moderamen inculpatæ tutelæ servatur, quando servatur modus in resistendo, tantaque violentia contra violentiam adhibetur; quanta ad defensionem Possessionis est necessaria per cit. l. scientiam 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. Perez ad tit. Cod. unde vi n. 26.

82 II. Possessio Juris præsumptione juvatur, dum, ubi dubium occurrit de proprietate vel alio jure, is, qui possidet, meliorem conditionem, & potius jus habere præsumitur cap. ad aures 6. de Prescript. cap. in pari 65. de R. J. in 6. l. in pari 128. in pr. ff. eod.

83 III. Possessio ex eodem capite liberat regulariter possessorem ab onere probandi, sive sit actor, sive reus l. circa cum 14. ff. de Probat. Vid. in Lib. II. tract. III. de Process. Judic. cap. 3. à num. 45.

IV. Possessio facit, ut possessor cogi non 84 possit, edere titulum suæ Possessionis, præterquam in causa beneficiæ & petitione hæreditatis, veluti in cit. tract. num. 49. & seqq. ex cap. ordinariis 3. in princ. de Offic. Ordin. in 6. & l. cogi 11. Cod. de Petiti. hæreditat. asserturum est.

V. Possessio, si civilis sit, ac legitimò tempore continuata, præscriptionem, & median- te præscriptione, dominium operatur l. usufructuario 3. & t. i. ff. & Cod. de Usurpat. & usufructu.

VI. Possessio rerum immobilium tribuit, 86 immunitatem ab onere satisfaciendi vel cavendi in iudicio l. sciendum est 15. in pr. & §. seqq. ff. Qui satisfacere cog. nam abundè cautum & prospectum est tam Judici quàm parti, si pars altera, ad satisfaciendum obstricta, possideat immobilia, quæ de loco moveri non possunt. Vide cit. Lib. II. tract. II. cap. 3. à n. 52.

VII. Possessio, durante lite super re possess. 87 fa, dat possessori licentiam, Possessionem continuandi, & omnes fructus, commoda, ac jura connexa percipiendi cap. à memoria 1. cap. laudabilem 2. Ut lite pendente &c. Vid. cit. tr. cap. 2. n. 93. & seqq. Debetque Judex, im- 88 ploratus à possessore, expedire decretum manutentionis; licet contra possessorem inhibitoriales regulariter non decernantur; quando etiam in possessorio appellatur. Stryck de action. sect. 2. n. 2. §. 11. Mev. p. 1. decis. 35. D. Fleck in Biblioth. lib. 2. tit. 8. num. 38.

§. II.

An & quos fructus possessor percipere valeat?

89 VIII. Possessio confert jus percipiendi fructus ex re possessa. Ubi pro meliori noticia

Prænotandum I. fructus, à ferendo sic dictos, describi posse, quòd sint obventio vel emolumentum, quod percipitur ex re ipsa, vel illius occasione; proindeque dividi in civiles, qui tantum occasione rei percipiuntur, quales sunt usurae, mercedes, pensiones, redditus annui &c. & naturales, qui percipiuntur ex ipsa re, quales sunt poma, nudes, fegetes, vinum &c. Textus in l. mercedes 29. ff. de Hæred. petiti. l. si navis 62. in princ. ff. de R. V. l. qui

scit 25. §. 1. l. usura 34. l. prædiorum 36. ff. de Usur. & fructib. l. usura 121. ff. de R. S.

Prænotandum II. fructus naturales commo- 90 munitèr dispeci in naturales in specie, & industriales. Naturales in specie dicuntur, qui producuntur absque singulari vel notabili hominis industria, v. g. poma; gramen, cerasa, ligna cædua &c. Industriales appellantur, ad quorum productionem singularis vel notabilis industria hominis desideratur, ut frumentum, vinum, butyrum, caesus, legumina, & alia fata in hortis & agris &c. Textus in §. si quis 35. Insti. de R. D. l. fructus 45. ff. de Usur. & fru-



124 tunc; vel ex titulo singulari quidem, sed actione personali, non reali quia, si titulus sit universalis, fructus non pertinent ad possessorem, sed heredem; & si singularis sit, & actione personali fructus petantur, illi non præstantur ex jure reali sed tantum ex obligatione: at, si titulus singularis sit, & fructus actione reali petantur, petuntur ex jure reali; ideoque si non amplius existant formaliter & physicè, restitui non debent: quandoquidem jus reale supponit rem existentem formaliter & physicè, nec extenditur ad rem aliam, licet pretio vel virtute illius sit acquisita vel comparata per cit. supra l. si ex ea 6. Cod. de R. V. & l. qui aliena 8. Cod. Si quis alteri vel sibi &c.

125 Ad II. Resp. quoad restitutionem fructuum, extantium & consumptorum, formaliter & physicè talium, idem observandum esse; secus quoad restitutionem consumptorum, & extantium virtualiter, ex quibus possessor evasit locupletior; ob manifestam discriminis rationem, quod in judicio generali fructus accrescant hereditati, & pretium in locum rei succedat ex num. 110. at in judicio singulari fructus accrescant possessori, nec pretium eorum in locum rei subintret ex num. 124.

126 Ad III. Resp. distinguendò major. quando restituitur indebitum, restituitur etiam fructus, ex quibus accipiens factus est ditior, si restitutio fiat ex quasi-contractu acceptionis indebiti per conditionem indebiti præviè institutam, conced. major. quando restituitur indebitum ratione domini per rei vindicationem, nego major. At quando in nostra hypothese res aliena restituitur, non restituitur vi quasi-contractus acceptionis indebiti per conditionem indebiti, cum inter dominum & possessorem nihil actum fuisse supponatur; sed restituitur ratione domini per rei vindicationem, quæ rem corporaliter & formaliter existentem persequitur. Ergo &c.

127 Ad IV. Resp. Juris Naturalis dictamen prohibere, ne quis locupletetur cum illius damno, si locupletatio non nitatur concessio-

ne Legis vel hominis; si verò concessio Legis suffragetur, Jus Naturæ non prohibet, ne quis lucrum sentiat ex re alterius, cum ipsius nocumento; ut patet tum in præscriptione, tum in missione bonorum ex secundo decreto: Lex siquidem, cum domina rerum dicitur, potest ex causa rationabili (qualis hic est bona fides possessoris, imputatio litium, nec non difficultas discernendi fructus) non tantum rei principalis sed longè magis rei accessorie, vel ex principali dependentis, alicui dominium adicere. Cessat igitur obligatio restituendi fructus, cum lucro consumptos; nec urget æquitas ad d. l. si & me: ut potè cum æquum haud sit, lucrum restituere, quod ex fructibus, tanquam ex re, bonæ fidei possessori ex beneficio Legis appropriatâ, perceptum est.

Dubitatur IV. utrùm, si possessor malæ fidei 128 dei moriatur, hæres ipsius fructus, à defuncto vel seipso perceptos, teneatur restituere?

Resp. I. hæredem teneri restituere fructus, à defuncto malâ fide consumptos, in quantum ex fructibus consumptis ad ipsum pervenit: quia non decet, ut ex injuria defuncti reportet aliquid commòdum l. in honorariis 35. ff. de O. & A. l. scitis 38. l. rotas 14. ff. de R. V. l. un. Cod. Ex delict. defensor. Gletle cit. q. 19. num. 34.

Quamvis de Jure Naturali & 129 Canonico, si vires hereditatis id permittant, teneatur exonerare conscientiam defuncti, & domino fructuum juxta facultates hereditarias satisfacere cap. ult. de Sepultur. cap. in literis 5. de Raptor. Revidetur in Lib. II. tract. III. de Proc. Judic. cap. 1. n. 69. & seqq.

130 Resp. II. hæredem teneri restituere fructus, à semetipso perceptos. Gletle d. l. n. 35. Quemadmodum enim defunctus teneatur restituere fructus, malâ fide consumptos; sic teneatur etiam hæres: quia, licet theologice sit in bona fide, opinatus, rem, quam possidet, alienam non esse; Juridicè tamen est in mala fide, dum vitia defuncti, & in specie mala fides, continuantur in hærede juxta l. cum hæres 11. ff. de Divers. temporalib. præscription. l. vitia 11. Cod. de Acquir. & retin. Possess.

§. III.

An & quomodò Possessori liceat expensas detrabere, vel earum nomine rem retinere?

131 A D effectus & commoda Possessionis haud immeritò reducuntur impensæ, vel, ut teste Joanne Garzia in tract. de Expens. & meror. cap. 1. n. 7. usitatius appellantur, expensæ, quas possessor alienæ rei subinde deducere potest, hoc est, rem tandem retinere, donec expensarum nomine satisfiat.

132 Sunt autem expensæ, ab expendendo dictæ, quòd ex facultatibus possessoris aliquid expendatur in rem alienam aut fructus illius; quamobrem duplicis sunt generis: aliæ, quæ expenduntur in rem ipsam; aliæ, quæ in fructus, querendos, cogendos, conservandos.

Expensæ in rem aliæ sunt necessariae, aliæ 135 utiles;

utiles; aliæ voluptuariae. Necessariae sunt, quas expendere necessitas rei conservandæ postulat. Utiles sunt, ad quas faciendas nulla compellit necessitas, licet ex illis res evaserit utilior ac fructuosior. Voluptuariae sunt, quæ rem fructuosiore non faciunt, sed tantum exornant, aut illam æmulo reddunt.

136 Expensæ omnium generis in judicio generali bonæ fidei possessor deducit, quamquam res melior effecta non sit l. plane in ceteris 38. l. utiles autem 39. §. 1. ff. d. r. quia, ut dictum supra in num. 111. Jura non volunt, ut, qui hereditatem bonâ vel malâ fide possidet, 137 damnum aut lucrum sentiat. At malæ fidei possessor deducit quidem expensas necessariae & utiles, quando res melior facta est d. l. plane in ceteris 38. voluptuarias tamen solummodò tollere permittitur, quando sine detrimento separationem ab ipsa re patiuntur d. l. utiles autem 39. §. 1.

138 In judicio singulari possessor bonæ fidei necessariae expensæ indistinctè deducit l. si in area 33. in fin. ff. de Condit. indeb. l. adeo 7. §. 12. ff. de A. R. D. l. Paulus 14. ff. de Doli mali & meritis except.

139 Utiles deducit, si res venalis proster, aut dominus eas facturus fuisset, aut dives sit per textum in l. si in area 27. §. ult. l. nisi si 29. l. in fundo 38. ff. de R. V. l. utilium 8. ff. de Impens. in rem dotal. alioquin non deducit, sed tollit duntaxat, si possint commode separari d. l. si in area 27. §. ult.

140 Voluptuarias deducit, si res venalis sit, aut probabiliter ipse dominus eas facturus fuisset: eò quòd tunc assumant naturam expensarum utilium per l. quòd si 10. ff. de Impens. in rem dotal. & cit. l. in fundo 38. secus expensas hujusmodi non deducere, sed, ubi separationem admittunt, tollere licet d. l. in fundo. Brunnem. ad d. l. in fundo 38. n. 1. & seqq. Gletle 2. p. pand. q. 18. num. 4. & 7.

141 Possessor malæ fidei deducit itidem expensas necessariae: videtur enim excusatione dignus, quòd rem, alioquin perituram, servaverit l. domum 5. Cod. de R. V. præterquam si prado fuerit aut fur, qui, cum singulis quasi momentis rem contracte censetur, favorem juris non meretur, quòd rem tempestivè non reddiderit per l. ex argento 13. ff. de Condit. furtivo.

142 Utiles nec deducit, nec regulariter tollit: quoniam ei restituisse opponitur, quòd, sumptus in re aliena scienter faciendò, donasse præsumatur l. adeo quidem 7.

143 Sin autem conjectura apparet, quòd nihil animò donandi expenderit, eas tollere permittitur, si sine detrimento rei tolli valeant l. Julianus 37. in fin. ff. l. domum 5. in fin. Cod. de R. V.

144 Minus deducere vel tollere potest impensas voluptuarias, quarum nomine citra injuriam ipsi responderetur, quòd perperam in rem alienam pecunias suas prodegerit; etsi tunc saltem tollendi licentiam concedat Gletle cit. l. n. 8.

quando præsumptio probabilis animum donandi excludit arg. l. utiles 39. §. 1. ff. de Hæred. dicat. perit.

145 Quid si verò bonæ vel malæ fidei possessor, expensis non deductis, Possessionem domino restituerit, habeatne actionem, quæ repetat expensas? Negant omnem actionem Vinn. lib. 1. select. qq. cap. 24. Struv. exercit. ad pand. 11. th. 36. Miller ibid. lit. a. & seqq. Gletle cit. p. 2. q. 18. n. 10. & seqq. Pro quibus, præter luculentos textus in l. sumptus 48. ff. de R. V. l. si in area 33. ff. de Condit. indeb. l. Paulus 14. ff. de Doli mali & meritis except. in quibus ob expensas sola retentio, deductio, & compensatio conceditur; facit aperta ratio, quòd deficiat fundamentum tunc actionis realis, tum personalis; illius quidem: quia possessor nec jus pignoris nec jus domini vel aliud jus reale, post restitutionem possessionis, habere noscitur; illius autem: quia dominus neque cum possessore contraxit, aut negotium aliud cum eo gessit, aut indebitum aliquod accepit; neque etiam contra possessorem deliquit, rem propriam recipiendò, neque congruit, ut per actionem ad exhibendum rem petat utpote cum LL. 12. Tab. sit vetum, ne, quod alienis ædibus est junctum, solvatur.

146 Condiçionem incerti post Cuiacium ad 148 mittit Brunnem. ad cit. l. si in area 33. ff. de Condit. indeb. num. 6. cui patrocinari videtur textus in l. qui exceptionem 40. §. 1. ff. eod. ubi hæres, qui in domum, fideicommissò gravatam, expensas fecit, incerti condiçionem juvat, quando, non deductis expensis, domum tradidit. Itaque hodie servari, testis est Fleck in Biblioth. lib. 3. n. 51. n. 8.

149 Condiçionem ex æquitate l. si me & Titium 32. ff. de R. C. concedit Garzia de Expens. & meritor. cap. 7. n. 5. eò quòd bonum & æquum sit, rem meam, quæ ad alium cum ipsius lucro pervenit, mihi restituui.

Eo referre existimo, an, qui expensas fecerit, habuerit animum, dominum sibi obligandi, veluti si sciverit, fundum, quem possidet, obnoxium esse restitutioni; an non. Priori casu vix erit, qui neget actionem, sed agi poterit, vel ad repetendas expensas per actionem negotiorum gestorum arg. l. si pupilli 6. §. 3. ff. de Negot. gest. vel per condiçionem incerti, ad retrotradendam Possessionem, in quantum pinguis, vel amplius, quam oportebat, antehac erat tradita per cit. l. qui exceptionem 40. §. 1. ff. de Condit. indeb. Alterò 150 casu extra causam contractus, de qua loquuntur textus in l. si necessarius 8. in pr. ff. de Pignorat. act. l. fructus 7. §. ult. ff. Solutio marit. non credo, actionem superesse ex jure stricto per textum & rationem in n. 147. & seq. ex æquitate tamen, in cit. l. si me & Titium 32. ff. de R. C. agnita, licebit contra dominum eatenus saltem agere, quatenus evasit ditior.